



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Inivste, Deo  
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1650**

§. 4. Filij Deo vocanti potiùs, quàm parenti reuocanti pareant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48689)

§. IV.

*Fily Deo vocanti potius, quam parenti reuocanti  
pareant.*

Quid ergo fiet illis, qui idcirco **D E V M**  
non honorant, quia parentes contrarium  
iubentes nolunt offendere? Stat hinc Chri-  
stus, & annuit tibi, ô iuuenis; inde mater,  
& retrahit te? Cur finis matrem Deo esse  
fortiorem? Veniam, ais, & dabo Deo glo-  
riam, seruiamque illi, sed ne offendam se-  
nem parentem, sinam illum prius emori,  
tunc liber euolabo ad Crucem Christi. Quis  
tibi dixit, ô iuuenis, patrem tuum, aut ma-  
trem ante te moriturum? Nonnè audiuiſti  
vnum è discipulis eius dicentem: *Domine, Matth. 8.*  
*permitte me primùm ire, & sepelire patrem* 2).  
*meum?* quid illi **I E S V S** respondit? *Sequere*  
*me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.*  
*Fides cordis eius Domino se ostendebat, ait*  
*S. Augustinus, sed pietas differebat. Dominus* S. August.  
*autem Christum quando parat homines Euange-* serm. 7. in  
*lio, nullam excusationem vult interponi carna-* Euang.  
*lis huius temporalisq; pietati. Equidem, & lex* secundū  
*Matth.*  
*Dei habet, & ipse Dominus arguit Iudeos, quia*  
*destruebant ipsum mandatum DEI. Et Pau-*  
*lus Apostolus in epistola sua posuit & dixit: Hoc*  
*est mandatum primum in repromissione: Hono-* Ephes. 6.  
*ra pa-*

ra patrem tuum & matrem tuam; Deus utique dixit. Volebat enim iste iuuenis obtemperare Deo & sepelire patrem suum: sed est locus, & est tempus, & est res, qua huic rei, huic tempori, huic loco seruiat. Honorandus est pater, sed obediendum Deo est. Amandus est generator, sed praeponendus est Creator. Ego (inquit) ad Euangelium te voco, ad aliud opus mihi necessarius es. Maius est hoc, quam quod vis facere. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Pater tuus mortuus est, sunt alij mortui, qui sepeliant mortuos. Mortui sepelientes mortuos qui sunt? Potestne mortuus à mortuis sepeliri? Quomodo inuoluunt, si mortui sunt? Quomodo portant, si mortui sunt? Quomodo plangunt si mortui sunt? Et inuoluunt, & portant, & plangunt, & mortui sunt, quia infideles sunt. Docuit nos quod scriptum est in Canticis Canticorum, dicente Ecclesia: Ordinate in me charitatem. Quid est, ordinate in me charitatem? Facite gradum, & cuiusque debetur restituite. Nolite anteriora posterioribus subdere. Amate parentes, sed praeponite Deum parentibus. Attendite matrem Machabaorum. Filij, inquit, nescio quomodo apparuisti in ventre. Concipere vos potui, parere potui, formare vos non potui. Illum ergo audite, illum mihi praeponite. Nolite attendere

ne sine

Cant. 2:

2. Mach.  
7.

quàm bonis honores obueniant? 241

ne sine vobis remaneam. Præcepit, & secuti sunt. Quod docuit mater filios, hoc docebat Dominus IEVS Christus istum cui dicebat, Sequere me.

§. V.

Vel Ethnicos, quæ recta erant, honori suo præposuisse.

Par est utique Christianos Numini magis addictos esse, atq; illius honori plus tribuere, quàm Gentiles; qui tamen nec ipsi sæpe, licet alioqui subditi, si quid contra leges & rationem præceptum esset, Principibus suis obedire; immò nec Principes sibi obtemperari voluerunt. Celebratur merito illud Antigoni regis Macedonum, ad Manut. in Apoph. ulatori, omnia regibus honesta iustaq; esse, dicenti, responsum: Sunt (per em) barbarorum dumtaxat regibus: at nobis ea dumtaxat honesta sunt, quæ honesta sunt: & ea tantùm iusta, quæ iusta sunt. Sicut ergo barbari nullo discrimine habent, honestumne, an inhonestum sit aliquid; ita qui sapiunt ad sobrietatem, ad id maximè attendunt, quis sit, qui iubet, & cui primi, cui secundi honores debeantur. Quòd si parentes, si cognati, si domini aliquid imperent, quod Deo sit aduersum, illicò cum Petro & Ioanne dicunt: Si iustum Act. 4. 19.

Q est